FRIDAY AFTER THE FOURTH SUNDAY IN LENT

Errors? help@extraordinaryform.org

INTROIT Psalms 18: 15

Meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper: Dómine, adjútor meus, et redémptor meus. (Ps. 18: 2) Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Deditátio cordis mei in conspéctu tuo semper: Dómine, adjútor meus, et redémptor meus.

Let the thought of my heart find favor before Thee, O Lord, my Rock and my Redeemer. (Ps. 18: 2) The heavens declare the glory of God, and the firmament proclaims His handiwork. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the thought of my heart find favor before Thee, O Lord, my Rock and my Redeemer.

COLLECT

Deus, qui ineffabílibus mundum rénovas sacraméntis: præsta, quæsumus; ut Ecclésia tua et ætérnis profíciat institútis, et temporálibus non destituátur auxíliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, Who dost renew the world with ineffable sacraments, grant, we beseech Thee, that Thy Church may both be profited by the eternal institutions and not left without temporal assistance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON 3 Kings 17: 17-24

In diébus illis: Ægrotávit fílius mulíeris matrisfamílias, et erat lánguor fortíssimus, ita ut non remanéret in eo hálitus. Dixit ergo ad Elíam: Quid mihi et tibi, vir Dei? Ingréssus es ad me, ut rememoraréntur iniquitátes meæ, et interfíceres fílium meum? Et ait ad eam Elías: Da mihi fílium tuum. Tulítque eum de sinu ejus, et portávit in cenáculum, ubi ipse manébat, et pósuit super léctulum suum, et clamávit ad Dóminum, et dixit: Dómine, Deus

In those days, the son of the woman, the mistress of the house, fell sick, and the sickness was very grievous, so that there was no breath left in him. And she said to Elias, What have I to do with you, O man of God? Have you come to me that my iniquities should be remembered, and that you should kill my son? And Elias said to her, Give me your son. And he took him out of her bosom, and carried him into the upper chamber where he abode,

meus, étiam ne víduam, apud quam ego utcúmque susténtor, afflixísti, ut interfíceres fílium ejus? Et expándit se, atque mensus est super púerum tribus vícibus, et clamávit ad Dóminum, et ait: Dómine, Deus meus, revertátur, óbsecro, ánima púeri hujus in víscera ejus. Et exaudívit Dóminus vocem Elíæ: et revérsa est ánima púeri intra eum, et revíxit. Tulítque Elías púerum, et depósuit eum de cenáculo in inferiórem domum, et trádidit matri suæ, et ait illi: En, vivit fílius tuus. Dixítque múlier ad Elíam: Nunc in isto cognóvi, quóniam vir Dei es tu, et verbum Dómini in ore tuo verum est.	and laid him upon his own bed, and he cried to the Lord, and said, O Lord my God, have Thou afflicted also the widow, with whom I am after a sort maintained, so as to kill her son? And he stretched, and measured himself upon the child three times, and cried to the Lord and said, O Lord my God, let the soul of this child, I beseech Thee, return into his body. And the Lord heard the voice of Elias; and the soul of the child returned into him, and he revived. And Elias took the child, and brought him down from the upper chamber to the house below, and delivered him to his mother, and said to her, Behold, your son lives. And the woman said to Elias, Now by this I knew that you are a man of God, and the word of the Lord in your mouth is true.
GRADUAL Psalms 117: 8-9 Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in hómine. Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in princípibus.	It is good to confide in the Lord, rather than to confide in man. It is good to trust in the Lord rather than to trust in princes.
TRACT Psalms 102: 10 Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. (Ps. 78: 8-9) Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrarum antiquarum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. *(Hic genuflectitur.)* Adjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.	O Lord, repay us not according to the sins we have committed, nor according to our iniquities. (Ps. 78: 8-9) O Lord, remember not our former iniquities, let Thy mercies speedily prevent us; for we are become exceeding poor. *(Here kneel.)* Help us, O God, our Savior, and for the glory of Thy name, O Lord, deliver us: and forgive us our sins for Thy name's sake.
GOSPEL John 11: 1-45 In illo témpore: Erat quidam languens Lázarus a Bethánia, de castéllo Maríæ et Marthæ, soróris ejus. María autem erat, quæ unxit Dóminum unguénto, et extérsit pedes ejus capíllis suis: cujus frater Lázarus infirmabátur. Misérunt	At that time, a certain man was sick, Lazarus of Bethany, the village of Mary and her sister Martha. Now it was Mary who anointed the Lord with ointment, and wiped His feet dry with her hair, whose brother Lazarus was

ergo soróres ejus ad eum, dicéntes: Dómine, ecce, quem amas infirmátur. Audiens autem Iesus, dixit eis: Infírmitas hæc non est ad mortem, sed pro glória Dei, ut glorificétur Fílius Dei per eam. Diligébat autem Jesus Martham et sorórem ejus, Maríam, et Lázarum. Ut ergo audívit, quia infirmabátur, tunc quidem mansit in eódem loco duóbus diébus. Déinde post hæc dixit discípulis suis: Eámus in Judǽam íterum. Dicunt ei discípuli: Rabbi, nunc quærébant te Judǽi lapidáre, et íterum vadis illuc? Respóndit Jesus: Nonne duódecim sunt horæ diéi? Si quis ambuláverit in die, non offéndit, quia lucem hujus mundi videt: si autem ambuláverit in nocte, offéndit, quia lux non est in eo. Hæc ait, et post hæc dixit eis: Lázarus, amícus noster, dormit: sed vado, ut a somno éxcitem eum. Dixérunt ergo discípuli ejus: Dómine, si dormit, salvus erit. Díxerat autem Jesus de morte ejus: illi autem putavérunt, quia de dormitióne somni díceret. Tunc ergo Jesus dixit eis maniféste: Lazarus mórtuus est: et gáudeo propter vos, ut credátis, quóniam non eram ibi: sed eámus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dícitur Dídymus, ad condiscípulos: Eámus et nos, ut moriámur cum eo. Venit itaque Jesus, et invénit eum quátuor dies iam in monuménto habéntem. Erat autem Bethánia juxta Jerosólymam quasi stádiis quíndecim. Multi autem ex Judǽis vénerant ad Martham et Maríam, ut consolaréntur eas de fratre suo. Martha ergo, ut audívit quia Jesus venit, occúrrit illi: María autem domi sedébat. Dixit ergo Martha ad Jesum: Dómine, si fuísses hic, frater meus non fuísset mórtuus: sed et nunc scio, quia, quæcúmque popósceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio, quia resúrget in resurrectióne in novíssimo die. Dixit ei

sick. The sisters therefore sent to Him, saying, Lord, behold, he whom You love is sick. But when Jesus heard this, He said to them, This sickness is not unto death, but for the glory of God, that through it the Son of God may be glorified. Now Jesus loved Martha and her sister Mary, and Lazarus. So when He heard that he was sick, He remained two more days in the same place. Then afterwards He said to His disciples, Let us go again into Judea. The disciples said to Him, Rabbi, just now the Jews were seeking to stone You; and do You go there again? Jesus answered, Are there not twelve hours in the day? If a man walks in the day, he does not stumble, because he sees the light of this world. But if he walks in the night, he stumbles, because the light is not in him. These things He spoke, and after this He said to them, Lazarus, our friend, sleeps. But I go that I may wake him from sleep. His disciples therefore said, Lord, if he sleeps, he will be safe. Now Jesus had spoken of his death, but they thought He was speaking of the repose of sleep. So then Jesus said to them plainly, Lazarus is dead; and I rejoice on your account that I was not there, that you may believe. But let us go to him. Thomas, who is called the Twin, said therefore to his fellow-disciples, Let us also go, that we may die with Him. Jesus therefore came and found him already four days in the tomb. Now Bethany was close to Jerusalem, some fifteen stadia distant. And many of the Jews had come to Martha and Mary, to comfort them on account of their brother. When, therefore, Martha heard that Jesus was coming, she went to meet Him. But Mary remained at home. Martha therefore said to Jesus, Lord, if Thou had been here my brother would not have died. But even now I know that

Jesus: Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, etiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis, qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum. Credis hoc? Ait illi: Útique, Dómine, ego crédidi, quia tu es Christus, Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum venísti. Et cum hæc dixísset, ábiit et vocávit Maríam, sorórem suam, siléntio, dicens: Magíster adest, et vocat te. Illa ut audívit, surgit cito, et venit ad eum: nondum enim vénerat Jesus in castéllum; sed erat adhuc in illo loco, ubi occúrrerat ei Martha. Judǽi ergo, qui erant cum ea in domo et consolabántur eam, cum vidíssent Maríam, quia cito surréxit et éxiit, secúti sunt eam, dicéntes: Quia vadit ad monuméntum, ut ploret ibi. María ergo, cum venísset, ubi erat Jesus, videns eum, cécidit ad pedes ejus, et dicit ei: Dómine, si fuísses hic, non esset mórtuus frater meus. Jesus ergo, ut vidit eam plorántem, et Judǽos, qui vénerant cum ea, plorántes, infrémuit spíritu, et turbávit seípsum, et dixit: Ubi posuístis eum? Dicunt ei: Dómine, veni et vide. Et lacrimátus est Jesus. Dixérunt ergo Judǽi: Ecce, quómodo amábat eum. Quidam autem ex ipsis dixérunt: Non póterat hic, qui apéruit óculos cæci nati, facere, ut hic non morerétur? Jesus ergo rursum fremens in semetípso, venit, ad monuméntum. Erat autem spelúnca, et lapis superpósitus erat ei. Ait Jesus: Tóllite lápidem. Dicit ei Martha, soror ejus, qui mórtuus fuerat: Dómine, iam fetet, quatriduánus est enim. Dicit ei Jesus: Nonne dixi tibi, quóniam, si credíderis, vidébis glóriam Dei? Tulérunt ergo lápidem: Jesus autem, elevátis sursum

whatever Thou shall ask of God, God will give it to Thee. Jesus said to her, Your brother shall rise. Martha said to Him, I know that he will rise at the resurrection, on the last day. Jesus said to her, I am the resurrection and the life; he who believes in Me, even if he die, shall live; and whoever lives and believes in Me, shall never die. Do you believe this? She said to Him, ‘Yes, Lord, I believe that Thou art the Christ, the Son of God, Who have come into the world. And when she had said this, she went away and quietly called Mary her sister, saying, The Master is here and calls you. As soon as she heard this, she rose quickly and came to Him, for Jesus had not yet come into the village, but was still at the place where Martha had met Him. When, therefore, the Jews who were with her in the house and were comforting her, saw Mary rise up quickly and go out, they followed her, saying, She is going to the tomb to weep there. When, therefore, Mary came where Jesus was, and saw Him, she fell at His feet, and said to him, Lord, if Thou had been her, my brother would not have died. When, therefore, Jesus saw her weeping, and the Jews who had come with her weeping, He groaned in spirit and was troubled, and said, Where have you laid him? They said to Him, Lord, come and see. And Jesus wept. The Jews therefore said, See how He loved him. But some of them said, Could not He Who opened the eyes of the blind, have caused that this man should not die? Jesus therefore, again groaning in Himself, came to the tomb. Now it was a cave and a stone was

óculis, dixit: Pater, grátias ago tibi, quóniam audísti me. Ego autem sciébam, quia semper me audis, sed propter pópulum, qui circúmstat, dixi: ut credant, quia tu me misísti. Hæc cum dixísset, voce magna clamávit: Lázare, veni foras. Et statim pródiit, qui fúerat mórtuus, ligátus pedes et manus ínstitis, et fácies illíus sudário erat ligáta. Dixit eis Jesus: Sólvite eum, et sínite abíre. Multi ergo ex Judǽis, qui vénerant ad Maríam et Martham, et víderant quæ fecit Jesus, credidérunt in eum.	laid against it. Jesus said, Take away the stone. Martha, the sister of him who was dead, said to Him, Lord, by this time he is already decayed, for he is dead four days. Jesus said to her, Have I not told you that if you believe you shall behold the glory of God? They therefore removed the stone. And Jesus, raising His eyes, said, Father, I give Thee thanks that Thou hast heard Me. Yet I knew that Thou always hear Me; but because of the people who stand round, I spoke, that they may believe that Thou have sent Me. When He had said this, He cried out with a loud voice, Lazarus, come forth! And at once he who had been dead came forth, bound feet and hands with bandages, and his face was tied up with a cloth. Jesus said to them, Unbind him, and let him go. Many therefore of the Jews who had come to Mary, and had seen what He did, believed in Him.
OFFERTORY Psalms 17: 28, 32 Pópulum húmilem salvum fácies, Dómine, et óculos superbórum humiliábis: quóniam quis Deus præter te, Dómine?	Thou wilt save the humble people, O Lord, and wilt bring down the eyes of the proud: for who is God, but Thou, O Lord?
SECRET Múnera nos, Dómine, quǽsumus, obláta puríficent: et te nobis jugiter fáciant esse placátum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	May the gifts we offer, O Lord, cleanse us, we beseech Thee, that You may be always merciful to us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
PREFACE OF LENT	

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et prǽmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:	It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:
COMMUNION John 11: 33, 35, 43-44, 39 Videns Dóminus flentes soróres Lázari ad monuméntum, lacrimátus est coram Judǽis, et exclamávit: Lázare, veni foras: et pródiit ligátis mánibus et pédibus, qui fúerat quatriduánus mórtuus.	The Lord, seeing the sisters of Lazarus weeping at the tomb, wept before the Jews, and cried out: Lazarus, come forth: and he who had been dead four days came forth, bound hands and feet.
POSTCOMMUNION Hæc nos, quǽsumus, Dómine, participátio sacraménti: et a própriis reátibus indesinénter expédiat, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	May the reception of this sacrament, we beseech Thee, O Lord, both unceasingly free us from sins of our own, and protect us from all that works against us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
PRAYER OVER THE PEOPLE Humiliáte cápita vestra Deo. Da nobis, quǽsumus, omnípotens Deus: ut, qui infirmitátis nostræ cónscii, de tua virtúte confídimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	Bow your heads to God. Grant us, we beseech Thee, almighty God, that, conscious of our weakness, and confiding in Thy strength, we may ever rejoice under Thy kindness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.